Misso memoriis totam et integram sortem suam propriam in villa praedicta Wthosznice ipsum concernen. pro summa quinque florn. pecuniae polonical.
1850 nullum ius sibi et suis posteris reservando in perpetuum vendidit et resignavit. summamque praedictam ab eisdem plenarie recepit. quae sic et non aliter se habere officio praesenti retulerunt.

Therleczki intur alteri

Comparens personaliter coram officio et Actis praesen. Castren. Premislien. Nobilis Iwan Therleczki Makaronicz recedens a suo foro proprio et competen. subiens vero iurisditioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus hereditariis. quo ad actum praesentem attinet incorporan. sanus men. et corpore existens publice ultro ac per expressum recognovit. Quia Nobili Andreyko Terleczki et eius posteris summam Decem marcarum pecuniae mon. et numi polonicalis debiti certi et liquidi tenetur. Quam quidem summam se cum successoribus in bonis suis hereditariis omnibus obligat et inscribit eidem creditori suo vel eius posteris hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime ventura circa officium et Acta praesentia dare solvere reponere. relinquere. non ex fideiubere neque quovismodo arestare. Sub vadio similis summae Decem marcarum pecuniae mon. et numeri polonical. in deffectu solutionis summae eiusdem essencialis pro tempore superi nominato ad solvendum succumben. ac in summam essencialem et capitale debitum vigint. viginti marcarum pecun. mon. et numeri polonical. convertend. in bonibus eiusdem recognoscens omnibus hereditariis extenden. Inscribens se nihilominus cum successoribus suis in bonis suis praedictis omnibus eidem Creditori suo ac posteris illius inscriptionem praesentem ex his Actis Castren. ad Acta Terrestr. Premislien. ad decursum unius anni transportare. Sub vadio Decem marcarum pecun. mon. et numi polonic. Pro qua quidem summa essenciali cum vadio iunct. Tum vadio ob non transportationem eiusdem inscriptionis succumben. quoties se idem recognoscens cum successoribus suis praedicto Creditori suo vel eius posteris citare permiserit totiens recedendo a suo foro proprio Coram officio praesenti in primo citationis termino tamquam peremptorio pro citatis omnibus et inscriptioni praesenti toties quoties opus fuerit satisfacere cum successoribus tenebitur. Eundem terminum primum ac alios consequen. nullis nocitis collationibus motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus evasionum praescriptionibus. suspensionibus fatalibus iuris dilationibus. ac legalibus quibusvis impedimentis differen. et evaden. Imo se cum successoribus omnibus iuris remediis abrenunciand. suae et suorum successorum sub amissione totius causae. Nulla in praemissis omnibus Terrestri praescriptione obstan.

1851

Actum in castro Premislien.

tempore Interregni. Vigore Confederationis Generalis Pallatinatus Russiae Leopoli die septima Ianuarii per omnes Dignitarios Spirituales et Seculares. officiales ac nobilitatem eiusdem Pallatinatus laudata. feria sexta pridie festi Sancti Iacobi Apostoli Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Septimo. Coram Generosis Nicolao Ostrowski de Ostrow Vicecapitaneo et Cawaru Officii Iudice. Andrea Su… ski Notario Castren. Premislien. officio et actis praesentibus. 24/VII.

Zochowski cedit Bieikowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesen. Castren. Premislien. Generosus Stanislaus Zochowski a terris districtibus iure ac foro suis quibusvis propriis recedens. praesenti vero iuris dom. se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad infrascripta attinet incorporan. sanus men. et corpore existens publice ultro ac per expressum recognovit. Quia de inscriptione Terrestri Przemislien. sibi per Generosum Stanislaum Strzyzowski super summam mille florn. pecun. monetae et numeri polonical. modo debiti facta et in bonis omnibus assecurata. Cum omnibus eiusdem inscriptionis conditionibus punctis clausulis et articulis. nihil ex eadem inscriptione ac summa excipiens. Iam ex nunc Generoso Ioanni Bieikowski Dapifero Terrae Premislien. ac posteris illius cedit et condescendit. ac omne et integrum ius suum praemissorum plenarie super eundem ac successores illius transfundit. summamque praedictam mille florenorum pecuniae mon. et numeri polonicalis eidem ac posteris illius dat donat inscribitque perpetue. Et iam ex nunc idem reco: